



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDCXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

ANNO MDCXV.

1066 Ultima Ianuarij die hoc anno extinctum est magnum Societatis lumen **P. Claudius Aquauina**. Is prius quam in Præpositum Generalem eligeretur, quindecim diebus ante, Florentiæ à Camilla Cardi, magna virtutis fœmina, P. Petro Blanca Rectori Collegij prædictum est, fore ut ipse legeretur. Is P. Gregorio Mastrillo rem retulit. Vbi Roma de illo electo literæ appulere, Camilla interrogata, quomodo id futurum resciuisset, dixit: sibi oranti visum P. Claudio inter SS. Augustinum & Bernardum (quos Cladius impensè colebat) & cum Beatissima Virgine Christum etiam adfuisse, eique Societatem commendasse. Scripsit hæc Romanam P. Carolo Mastrillo Gregorius; & ab illo accepit, etiam in Congregatione visam P. Claudio Matthæo Provinciali Franciæ Dei Matrem. Oranti enim illi ut videret quem eligeret, visum P. Claudio Aquauiam inter S. Bernardum, & B. Ignatium (in cuius Ignatij complexu etiam sub idem tempus ab alio visus est Cladius) à Beatissima Virgine æterno Patri, ac Filio commendari. Accepit Matris commendationem Christus, & P. Claudio Societatem commisit. Secuta suffragatione electus est. Hac etiam eligendi Claudij diem antecedente nocte, Parisijs in Collegio quid viderit P. Richardus Flaminius Hibernus, retulit sequenti die P. Iacobo Tyrio. Etenim illi oranti pro felici Generalis electione, Beatissima Virgo videri est visa, à qua ipse sibi induci in suffragationis facienda comitium videbatur. Ibi eadem Virgo iuuenient quendam Patrem in medio stitit, & ad Patres *Et ab il-* electores; Ecce, ait, Claudio Aquauiam: illum *la-* in Generalem eligite. Consensere Patres; & visum *eua-*

*Superior-  
res bonos  
à Deo per  
illam pe-  
tere.*

euanuit . quod verum fuisse literæ postea Roma  
redditæ nunciauere . Vide hæc , ac his plura anno  
1581. pag.448.

*ob. 1615.  
14. April.  
De Soc. B.  
V. sacra  
p. 307.  
Vocatio.*

1067 *P. Sebastianus Barradas* cuidam in religio-  
sa vocatione vacillanti expresse dixit , inquit Bur-  
gesius ; Beatissima Virgo , mi-frater, iussit me in-  
gredi Societatem IESV . identidemque hoc abrep-  
tus feruore repetijt : Ipsa DEI Mater mihi impe-  
rauit ipsi: ipsa me iussit ingredi Societatem IESV .  
Et rumor percrebuerat aliquando, B. Virginem Pa-  
tri Barradio locutam fuisse ; vtque Societatem  
Filij sui ingrederetur , imperasse . Quis inde abeat  
quò suos *Virgo* mittit ?

*ob. 1615.  
Molinis.  
2. Febr.  
Vocatio.*

1068 *Mag. Nicolaum Hagais* de Societate in-  
eunda deliberabundum, ac timentem ne esset parum  
idoneus, Beatissimam *Virgo* coram solari visa S. Pa-  
tri Ignatio commendauit , suumque illi auxilium  
promisit semper adfore in vita , & in extremo  
vita .

*ob. 1615.  
Tarraco-  
na .  
Benedi-  
ctionem  
ab ea pe-  
tere.  
ob. Romæ  
1615.*

1069 *P. Ignatium Blancum* fama est conspectum  
fuisse genibus nixum penes B. Virginem , quæ illi  
apparebat ; eidemque in suam fidem accepto suum  
auxilium promittebat . *De P. Petro Antonio Spinello*  
*refert Cæsar Dengenius* in sua Neapoli sacra  
pag. 231. chartam , quæ pro imprimendo eius de  
B. Virginie tomo veniebat , solam fuisse ab aquis  
intactam , teste typographo , cùm reliqua charta  
omnis in naui permaduisset : idque bis euenisse .  
In Domo Lauretana duas noctes duxit vigil , vt ho-  
norem quendam à se arceret .

*ob. 1616.  
Consilium  
ab illa pe-  
tere.*

1070 *P. Bernardinus Realinus* adolescens tunc  
adhuc , deliberans ecquem è religiosis ordinibus  
capesseret , coronam Deiparæ attentius recitabat .  
cūma

ANNO MDCXVI.